



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDXCVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

in Provincia Mediolanensi; eâque de causâ hoc anno Sodalitum virorum nobilium sub Annuntiatæ Deiparæ nomine instituere. Quod studium Virgo Mater manifestè visa est approbasse, quâdo, ut fama perhibet, huius cœtus primo Sodali ægro se coram sitit, spectandam dedit, solata est, eum Filij nomine appellauit. Cùm enim demissè illam rogaret, ut quâmprimùm tot tantisque cruciatibus eriperetur, respondit illa: *Fili, per angores multos calum attingendum est.* Hoc viso, ac voce, ad morbi dolores, & mortis iactum extremum æquo & libenti animo excipiendum, se firmatum esse dixit.

*Charitas.**In morbo illius se qui consilium.*

989 Ibidem Dominicus Balurius voto B. Virgini de Monte regali nuncupato, cùm limen templi attingeret, cuidam de Societate confessus, manum aridam (vno altero ñe digito excepto) ostendit. Postridie eius diei à nostro illo Sacerdote probè edoctus, preces ad Virginem fundit ardenter, & inter precandum manum pristinæ sanitati restitutam sentit.

ANNO MDXC VIII.

990 Morte absimus est hoc anno P. Ignatius Martinius è Sebastiani Regis concionatore catechista MARIANUS. Hic in Lusitania Conimbricæ, cùm frequentem concionem in catechesi ad Ave MARIA publicè, pro more catechetico, pronunciandum inuitasset, ac omnes humano quodam respectu, seu noxio pudore absterriti tacerent, diuino nutu factum aiunt frequenter illimi qui adfuere, ut sex tantum menses natus infans pendens à Matris pectore, in templo, erecto repente capite, diserte Ave MARIA, tamque Angelicam illam salutationem ad finem usque pertexeret, omnibus qui aderant amabili rei admirabilitate attonitis.

28. Febr.

*Respectus
humanos
contem-
nere.**P. Ber.*

